




A-11/2












AG-5/2

R.  
Zigler

PETRI ANDREAE  
**MATTHIOLI**  
 SENENSIS,  
 MEDICI CAESAREI, ET SER.<sup>us</sup>  
 PRINCIPIS FERDINANDI  
 ARCHIDUCIS AVSTRIAE, &c.

Commentariorum in VI. libros Pedacij Dioscoridis  
 Anazarbei, de Medica materia,  
 PARS SECVNDA.

Ab ipso Autore recognita, & locis plus mille aucta.  
 CONTINENS LIBROS III. IV. V. Et VI.  
 CVM PRIVILEGIIS.



M D LXXIII.


---

Venetijs, Apud Felicem Valgrifium.

MATTHEI  
LIBRI ANDREAE

IN  
M. D. LXXIII.

AD  
M. D. LXXIII.



M. D. LXXIII.

Venerabili Fratri Andreae Mathaei

# P E T R I A N D R E A E MATTHIOLI MEDICI

## Senensis Commentarij.

### IN LIB. TERTIVM PEDAACII DIOSCORIDIS

#### ANAZARBEI, DE MEDICA MATERIA.



*V*perioribus, charissime Arce, commentariis, tradidimus de aromatis, unguentis, oleis, arboribus, earum fructibus, & lacrymis: item de animalibus, cerealibus, oleraceis, & herbis acrimonia praeditis. In hoc autem tertio radices, succos, semina, herbas, & quae vernacula, & inter se cognata censentur, quaeque pluribus sciatentur remediis, prosequemur.

*Agaricvm*

#### AGARICVM.

#### CAP. I.

**30** **A**garicum radix ferrur laferpitij similis\*, sed facie summa solutior, & rariore, fungosoque tota contextu. Duo eius genera: foemina, quae praefertur, rectis intus uenarum discursibus constat: mas rotundus est, & vndique compactior. Vtrique gustus in initio dulcis, mox ex distributione in amaritudinem transit. **4** Gignitur in Sarmaticae regionis, quae Agaria dicitur. Sunt qui radicem esse plantae affirmant: alij ut fungos nasci in arborum caudicibus, quadam putredine. **3** Gignitur in Galatia Asiae, & Cilicia\* in cedris, sed friabile, & infirmum. Adstringendi, calcificandi quae naturam habet. efficax est contra tormina, cruditates, & rupta: prodest itidem contusis, & ab alto deoulolis. Datur duobus obolis in uino multo febrim non sentientibus: febriculosis uero in aqua multa: quaris quoque, suspensio, iocineris, renumque uitio laborantibus, dyfentericis. Item si urina aegre reddatur, si uulue stranguis uerget, si pallor membra decoloret, drachma una dari solet: si tabes infestet, ex passo: si lien negotium exhibet, ex aceto multo: si dissolutio stomachi est, ita ut cibi tenax non sit, manditur, & sine ulla humoris fortitione deuoratur: simili modo acida ructantibus propinatur, sanguinis reiectiones sistit, tribus obolis ex aqua sumprum. Facit ad coxendicum, & articulorum dolores, & comitiales morbos, si cum aceto multo, pari pondere assumatur: mensces ciet, foeminis, quos in inflatio uulue uexat, uti liter equali modo datur: horroses soluit, datum ante febrim accessiones: alium purgat, drachma vna, aut altera, si cum aqua multa bibatur: uenenorum antidorum est denarij instar, cum\* diluta portione sumptum: si serpentes ictum uibrant, morsumque subfixerunt, tribus obolis ex uino potum, **4** mirre auxiliatur. In summa, internis omnibus uitij conuenit, pro viribus, & etate datum, nunc ex aqua, nunc ex uino: ijs ex aceto multo, alijs ex aqua multa.

**50** **A**garicum fungus est in arboribus nascens. Plura de eo diximus libro primo in laricis arboris historia. Praestantissimum habetur in Tridentinis montibus, ubi sepius manu proprijs manibus illud diuulsimus, adacta securicula. Ceterum tamesij Plinius lib. 16. cap. 8. omnes glandiferas arbores Agaricum ferre tradat, & in Tridentinis tamen syluis, ac etiam in reliquis Italiae locis, quod eundem uiderim, soli tantum larici inhaesit. In cedro Agaricum gigni, tum in Asiae Galatia, tum in Cilicia scribit Dioscorides, nulla eius mentione facta, quod in larice ipsa, ac glandiferis (ut Plinius inquit) arboribus prouenit. Fuchsius medicus aetate nostra celebris in libro de compositione medicamentorum, quem nuper actum excudit, Agaricum ex Sarmatia per Illyriam Venetias afferri tradit, & ex Galatia & Cilicia Alexandriam, & ab Alexandria Venetias. eo fortasse argumento ductus, quod Dioscorides auctor sit agaricum nasci in Sarmaticae regione, in Galatia Asiae, & Cilicia. Verum iam pridem desijt ex illis locis importari, ut testantur mercatores & pharmacopos. Equidem conperitum habeo, onne ferè agaricum, quod Venetis uenditur, partim deserri ex Tridentinis montibus, in quibus sunt syluae laricis uel referre, partim ex Vulturensi agro, & alijs finitimis locis, partim ex Norico tractu. Neque certè unquam, dum ego Venetis aegerena, intelligere potui, quod agaricum aliunde conueheretur. Quare adducor, ut patem, Fuchsiu uirum aliquo eruditissimum, in hoc plane deceptum esse. Agarici meminit Galenus sub quodam uicinis genere lib. 6. de simplicitate medicamentorum facultate, ubi sic inquit. Agarici radix, hoc est, quae trunco inhaesit, primo quidem gustu dulcis, sed paulo post subamara apparet: & acrimoniae quandam speciem temporis spatio inducit, leniculaeque adstrictionis. est & consistencia laxa. Ex quibus omnibus manifestum est, si quidem quae superioribus commentarijs dicta sunt, meminimus, quod medicamentum hoc compositum est ex substantia aerea, & terrea à caliditate extenuata: porro minimum habet substantie aquae. Hac ratione, & cigerenti, & calefacienti vim habet, & crassitudinem incindiendi, tum infarctus uiscerum expurgandi. Proinde regio morbo laborantes sanat, eos uirque, qui sic ab infarctus icteris laborant. Inuat & morbo comitiali obnoxios eadem facultate, tum rigores per circuitum recurrentes ex crassis, aut viscosi humoribus naros sanat. Inuat & morbus a bejjis figurè laedentibus, aut compunctis, tum feris in affecta parte inpositum, tum inuò in corpus sumptum: nec exere etiam inuicis cum uino diluto. Est & purgatorium. Et lib. primo de antidotis idem Galenus inquit. *Agaricum*

a Meum. eo  
rò rluuio  
reus a  
rò rluuio  
apara d  
dani: non  
ita  
denia  
cic, sicuti  
il-  
phium, nam  
tota rara est.  
Concludi  
legit Orbib.  
b Meum &  
Cat. d. N.  
djan. a. super  
arborib. Idè  
leg. Orbib.  
c Meum. su-  
rà uerba  
tes. acum di  
luta inu  
tione.  
d Meum, non  
legit, mirè.  
Agarici com  
deratio.

Fuch. laphs.


Agarici uires  
ex Gal.


Ex Mesue.

ricum fradem nullam admittit, optimum est leuissimum: densum uero, & grave, & lignosum deterrimum. Quod autem inter hoc medium est, quantum signis, tantum & uiribus ab utrisque distabit, haecenus Galenus. De uiribus Agarici Mesues quoque scripsit, sic inquit. Agaricum deicit utranque bilem, ac etiam pituitam ipsam: crosseos, lentos, putrescentesque humores expellit. Eius propria facultas est cerebrum, omniumque sensuum organa, ac musculos expurgare: exedimentata, quae spinali medullae pariter & ueruis insinserint, educere: pulmonem, ac peccus a lentis, ac putrescentibus humoribus deterere: ac deinde uentriculum, iecur, lienem, uenes, & in mulieribus uterum mundare. Praeter haec soluit Agaricum corporum omnium, contumacem materiam. Quae propter non mirum uidetur, uocasse Democritum agaricum familiarium medicinam, cum ad omnes corporis partes eius uisum mutarem habeat. Nam non imbecilles possent uires ad pleuroque tum capitis, tum cerebri, tum eiusdem membrarum morbos: nempe diuturnum dolorem, comitalem morbum, apoplexiam, vertigines, maniam, atrabilem, & cerebri inflammationes. Est etiam uariorum omnium, quorum causa fuit obstructio, medicina admodum singularis. quo fit, ut regio morbo affectis, aqua intercutem laborantibus, ac licet uexatis lenamentum praestet. Urinam quoque pellit, ac menses commode ciet. Coloris nitorem Agarici usus terti corpori commendat. Ventris tinea tum necat, tum deicit. Coxenacium doloribus conuenit, & diuturnas febres discutit. Non desunt quoque, qui Agarico pro saponem utantur, cum caput lauant, cum conferre putantes ad frigidos capitis morbos. Quod Graeci ἀγαρίον, Latini quoque Agaricum dicunt: Mawitani, Garichum, seu Garicum: Itali, Agarico: Germani, Damm schbaum: Hispani, Agarico: Galli, Agaric: Boemi, Agaryka: Poloni Mordze uicuuca.

Nomina.

## A G A R I C V M.





*Rhabin.*

RHAPONTICVM.

CAP. II

**R**Ha. aliqui rheum, Latini rhaboticum uocant, prouenit in ijs, quæ supra Bosphorum sunt, regionibus, ex quibus affertur. Radix nigra, centauro magno similis, sed minor<sup>a</sup>, & rufior, fungosa, aliquantum læuis, sine odore. Optimum habetur, quod teredines non sentit, si gustat<sup>b</sup> cum remissa ad frictione lentescat, manducatumque colorem reddat pallidum, aut ad croci inclinantem. Id eorum facit ad inflationes, stomachi imbecillitatem, & omne genus dolores, ad conuulsã, rupta, lienosos, hepaticos, tormina, & renum, uesicæ, & pectoris uitia, aduersus intenta præcordia, & uulnæ mala, coxendicum dolores, sanguinis, excreationes, suspiria, singultus, dysenterias, & coeliacorum affectus, contra febrium circuitus, & uenenatorum morsus. Datur in singulis ualerudibus eodem, quo agaricum pondere, & cum eisdem liquoribus: si febris careant in multo: sin aliter ex aqua multa: si tabem experiantur, ex passo: si lienis exercet, in aceto multo: si dissolutio est stomachi, id est, cum cibi tenax nõ est, manditur, & sine forbitione ulla denoratur. Liuentia, lichenasq; tollit, cum aceto illitum. Inflammationes omnes uterces ex aqua oblitum dissipat. Summa eius uis adstringens, cum aliquanto calore.

<sup>a</sup> Meis. *isep*  
*desip* u. uui  
cat. or. Sed  
Cat. *isep*  
*isep* u. uulsi-  
nor.  
<sup>b</sup> Orib. habet  
*isep* u. uulsi-  
zime.

Rhapontici confid.

Rhaponticum officinae Rheponticum vocant. Quod non penes sibi quissive videtur a Rha fluvio regionem quandam Pontonem continerant preterlente, in cuius fluminis ripis numerosum nascitur. Cuius rei testis est Ammianus Marcellinus lib. 12. suarum historiarum, ubi sic scribit. Tanais, qui inter Caucasas orientis ripes per sinuosus labitur circumflexus, Asiaque; ab Europa differens, in stagno Mæoticis delitescit. Hinc Rha vicinus est amnis, in cuius superfluis vegetabilis quaedam eiusdem generis radix, ad multiplices modalarum usus proficiens. hac Ammianus. Legitimum paucis abhinc annis ad nos adveniit cepit. Nam multo antea tempore Rhapontici vice maioris centaurii radix in medicinae usum irreperat. Quia etiam nostra state non desunt, qui Rhapontici loco utantur, recentiorum inventa, respuentes, cum hactenus legitimum Rhaponticum neque noverint, neque viderint: tanta est quorundam pertinacia. Credidit ad hæc peritissimorum medicorum quidam, præterito nuper auro, Rhabarbarum a Rhapontico Dioscoridis nullo discrimine differre. Quippe quoniam eorundem temporis curriculo legitimum Rhaponticum Italia non viderat. Quod cum paucos post annos ad nos esse allatum, non deservire qui priorum revocaverint sententiam. Id quod maxime palam facit Manardus Ferrarensis in suis epistolis. Quandoquidem in libro 6. epistola 2. firma hac, & stabili ducebatur opinione, unguare nostri usus Rhabarbarum, & Dioscoridis Rhaponticum & idem esse, & nihil inter se cognatione differre. Perunt tamen cum postea legitimum conspexisset Rhaponticum è Moschonia allatum, quod Dioscoridis historiam notis omnibus referret, notiam statim induit opinionem, & priorem, quam habuit, revocavit, ultima quinti libri epistola ad Leoniceum scribens. Rhaponticum primum vidi ego Venetijs in officina ad medici insignem è Constantinopoli allatum, ac deinde alijs pluribus in locis etiam ex Alexandria coniectum. quod nullis reclamantibus notis, verum antiquorum Rhaponticum refer. Invenitur Auerroes lib. 5. suarum collectaneorum tum in Galenum, tum in reliquos, qui dixerunt Rhabarbarum facultate tantam adstringenti polere, quod purgatoriam, que illi inest facultatem minimè conpererint: cum tamen Auerroes ipse sit qui maxime carpendus, quod neque Galenus, neque ceteri seniores Rhabarbari nostri usus usquam meminerint, nec quicquam de eo posteritatis memorie prodiderint, tamen de Rhapontico a Dioscoride descripto plura tradiderint, inter cuius facultates nulla penitus, que purgandis sit, inveniri potest. Rhapontici meminer, sub Rhabarbarum tamen titulo, nisi interpretis (ut ferè suspicor) sit lapsus, cum Serapio, tum etiam Avicenna. quandoquidem non plures Ius Rhabarbaro assignaverit facultates, quam qui eos præcesserint, Rhapontico assignaverint. Quippe quod eorum neuter scripsit, Ius Rhabarbarum deiectionis facultate polere. Id quod verum iudicium præbet, scripsisse hos de Rhapontico, non autem de Rhabarbaro. Quo fit, ut non ab re putandum sit, id euenisse interpretum ignorantia Rhaponticum in Rhabarbarum permutatum. Cognovit tamen legitimum (ni fallor) atatis nostra Rhabarbarum Paulus Aegineta, cum ipse meminisset libro 7. cap. 11. in quibusdam medicamentis adversus podagras, quorum cognitio sunt diacoralium, compositio Agapeti, & compositio atactos. Verum non propterea credidit ipse, Rhaponticum a Rhabarbaro differre. Cuius rei autoris fidem manifestam facit libro primo. cap. 43. ubi scribit, quod deorata trebinthina resina oliæ quantitate dormitioris alidum leniter molli, & quod id præstatur efficacius, si Rhepontici momentum admiscerit. Ex quibus palam fit, per Rhaponticum Paulo Rhabarbarum designari, quod fortasse inter hæc existimaverit nullam intercedere cognationis differentiam, quemadmodum credere recentiorum quidam, de quibus paulò antè diximas. Paulo enim si Rhepontici, & Rhebarbari aliqua intercessisset differentia, ubi peculiariter de simplicibus medicamentis agit, de vtrorumque facultate speciatim scripsisset. Sed cum ibi tantum Pontici meminerit, iudicium haud dubium est, illi Barbari, & Pontici nullam fuisse differentiam. Ceterum Ruellius eos acriter reprehendit, qui inter Rhaponticum, & Rhabarbarum nostrum discrimen faciunt, cum sua ferat opinio, alterum ab altero minimè distidisse: atque si qua differentia reperitur, eam non aliunde provenire, quam regionem, ubi gignitur, diversitate, clementia, vel inclementia caeli. Neque alia ratione asserit, Ponticum nullo odore commendari, quam aquilone aridum regionum, in quibus oritur, inquam frigiditate: cum tamen Pontica regio non vsque adeò sit frigida, ut Ruellij sententia admitti debeat, sed ut potius tanquam inanis reprobanda videatur. Quandoquidem sequeretur, quod cetera simplicium genera, que tam in oriente, quam in meridie odorati vsuum, odore commendantur, in aquilonari plaga, & in ipsa Ponti regione penitus inodora regerentur. Quod tamen falsum esse semper crediderim: nam quamvis stupens omnes, que in aquilonaribus regionibus oriuntur (de his, que natura odoratiores habentur, intelligo) ex climatum, & aeris algore, sint odore, ac ceteris qualitatibus imbecilliores; non ob id tamen barum qualitatibus ad expertes deprehenduntur, ut discerni nequeant: quin & quemlibet vsuum, ubi silicet conferant, non recipiantur suis in regionibus. Quippe si ob frigoris, ac regionum inclementiam suas imatas qualitates penitus exuerent, adeò ut sola tantum forma remaneret, propriam omnino peruerterent speciem. Quod tamen nulla ratione, nec auctoritate probatur. Siquidem conperitur iam pridem apud nos esse, quod quanquam Celtica nardus, que a quibusdam Carinthijs, & Stirijs alpinis nobis asfertur, a quibus penè quatuor, vel quinque totius anni mensibus, mixt colligata labitur: itemque acori radix, que nostro auro ex Sarmatia Europæ glacie, & niubus maiore anni parte semper obducit, audebitur in calami odorati vsuum, odore tam valido, navesque ferentem fragrare non deprehenduntur, quemadmodum Celtica alia nardus, que ex Liguria, & Istria defertur, & acorum, quod ex Ponto, Syria, & Aegypto peritur; non tamen ob hoc euenit vniquam, quin suis proprijs ac naturalibus fragrant odoribus. Quo fit, ut infirma admodum, quantum equidem conijcio, sit Ruellij sententia. Quare hinc nobis concludere liceat, Rhaponticum odoris experti non esse, acris, soli, & regionis algore, sed quod alia a Rhabarbarico, vel Indico fit planta. Declarant præter hæc, Rhabarbarum a Rhapontico plurimum distare purgatorio vis, quam natura ipsa Rhabarbaro largita est, odor naves ferens, compacta simul substantia, aversus color, ariditas, amaritudo, que gustu percipitur, & ponderis gravitas. Quandoquidem Rhaponticum nullo odore commendatur, minimè deiectionem molitur, cum potius adstringat; non est amarum, sed fubeacè; non aridum, sed lentum; non compactum, sed rarum, non ponderosum, sed admodum leue. Quibus rationibus ferres non remerè afferendum putaverim. Ruellium hæc in re magis prope hallucinatum fuisse, præsertim: cum dicat, nullo alio discrimine Rhabarbarum a Rhapontico differre, quam odore tantum. Vanum quippe videtur argumentari, Rhabarbarum, & Rhaponticum unam & eandem esse radicem, quod formæ, colore, ac specie nihil inter se distare oculorum sensibus appareant, cum tam in facultatibus, quam qualitatibus; maxime inter se differant. In simili errore versantur etiam ij (sunt enim qui ita sentiant) qui sibi falso persuadent, abierit læcrymam à larynga nihil distidisse, ac unam & eandem lacrymam esse, eo quod in colore, in substantia, ac in ceteris notis, in quibus pendendis oculi tantum iudices sunt, adeò per similes videantur, ut visibilibus facultate altera, ab altera discerni non possit. Verum si quis rem ceteris sensibus experti aggredierit, discernibus certior fiet: naque olfactu indolis fragrantiam haud insuavem, gustu, vel emorem in abietis lacryma conperit, quibus larynga caret. Et quisquam umorsu resnam a lentijana secerneret, nisi rei ipsius incorruptus iudex fuerit gustus? Quis a fibrinosa resina, & a quibusdam gummi globulis thus ipsam agnosceret, nisi adulterum tum igne, tum gustu deprehenderetur? Tanta præterea intercedit dissimulatio inter pistacium, & ruginatum glandem, ut nisi hæc amara in gustu relinqueret; illud verò dulcedinem distid-

Vana Auerrois calumnia contra Gal.

Rhapontici, & rhabarbari discrimen.

Ruellij, & aliorum error.

10

20

30

40

50

60

Rhapontici  
vires ex Gal.

Rhei Turcici  
nomenclatur.

Rhei Indici  
nominatio.

Rhei Barbarici  
nomenclatur.

scillimum sanè fuerit alterum ab altera distinguere. Quid parò inter se similitus reperitur, quàm castia, & cinnamomum, etsi hæc omnino specie non conveniant? Hinc facillè adductus sum, ut nullius momenti eorum argumenta semper existimaverim, qui res secundum quosdam tantum qualitates dypticant, quibus etiam sæpe decipiuntur, ut ij, qui hac levi ratione dicti, Rhubarbarum, & Rhaponticum idem esse contendunt. Meminit Rhapontici Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ubi de eius viribus ita scriptum reliquit. Rheum, quidam ipsius Rha nuncupant, mistam habet tum temperatam, tum faciliorem. Habet enim quiddam terrestre frigidum, & cuiusmodi est adstrictio, & aduicta quædam illi caliditas: siquidem tum pluvium mandatur, subacrem consistitur. Quinetiam aeris cuiusdam subtilitatis esse percipere, quod indicat tum leuitas, tum leuitas: veram non minime & opera. Ob id enim licet adstringens, tamen non tantum conuulsif, sed & ruptis, & orthopneæ prodest. Sic quoque luentia, & libenes sanat cum aceto illitum. Porro quod adstrictiois opera haud infrenata sunt, hinc dicere liceat, quod sanguinem expunxit, celicatis, & dysentericis conferas: nec enim relictatur terrestri frigido tenui aereum, imò eo quod deducat, & in alium perducat valentioris effectus causa existit. Et in libro de antidotis primo, In Rheo, inquit, quoque frans committitur: nam quibus in locis nascitur, simul atque euulsus est, ipsum elixant quod succum remittant, ac tam succum, ut syncerum, & aquæ impernatum, quam Rheum excicatum, ut non elixum ad nos postea mittunt. Hæc sive oportet adulteratum diligenter. quod facillimè ab his deprehenditur, qui Rheum sua sponte nascentis uiderunt. Iactant Galenus. Ceterum adulerterium, quod in Rheo fieri prodidit Galenus, id (ut paulo post dicturi sumus) de Rhubarbaro tradidit Mesues. Cui tria Rhei consistuntur genera, nempe Turcicum, Barbarum, & Indicum, quod & Scenticum uocat, omnia a regionibus, a quibus conueniuntur, cognominata, uel in quibus proueniunt. Quippe Turcicum nil aliud illi designatur, quam Ponticum, uel quod à Ponto ad Turcas vicinos deferatur, uel quod ab ijs saluosis conuallibus, in quibus plera Tanain flumini priores Turce, Pomonij Mela, & Pliny testimonio, venationibus ferè vixere tantum, iam pridem in Pontum locum delatum. Siquidem ab his non longe distat Rha fluius, circa quem Rha, quod Ponticum posteri vocauerunt, probatissimum auctorum testimonio, oriri cæto scimus, fluminis illius nomine pariter appellatum. Quo fit, ut hac in re non dubitauerim errorasse etiam Mesuem: quippe qui inter Rhei genera alium ducentia Ponticum admiserit, a cæteris tum specie, tum facultate diuersum, quantum forsasse rectius id Turcicum appellauerit, quam Ponticum. Porò Indicum ab India dictum, ubi frequentissimum prouenit, nemo est qui ambigat. Sed quam ratione Scenticum, & Indicum idem esse indicat Mesues; hæc omnia compertum non habeo: nisi forsasse Scenicum rectius legendum fuerit, quod à Sinis extreme India populis (ut arbutus) deferatur, cum plera quoque aromatum genera ea regio mittat. Id quod manifestè idem declarat Mesues: qui quod Scenticum, uel Scenicum Indum esse affirmat. Scenite enim (ut infra dicemus) India populi non sunt, sed potius Sini, à quibus Sinicum, non Scenicum, tum vulgata habet lectio, mea quidem sententia, uocari debet. Sunt tamen qui velint Scenicum, nec Indicum esse, nec à Sinarum regione oriundum, quod à Mauritanis non Scenicum, sed Scenicum dicatur. Quamobrem coram quibusdam, ut Adams Lonicerus, in Arabia hoc nasci censent, & a Scenicis illius regionis populis Scenicum, siue Scenicum uocari putat. Fuchsius verò Mesuis opinionem secutus, nullam inter Indicum, & Scenicum facit differentiam: quippe qui scripsit libro primo de compositione medicamentorum, Rheum Indicum esse uocatum, quod ex India, aut locis India proximis, nempe à Scenitis populis, ut auctor est Stephanus de viribus Persidis, deferatur. Verum cum Scenite deferre Arabie populi omni aromatum genere sint desinunt, cumque asserat Mesues Scenicum rheum, & Indicum idem esse, cadit, perique Loniceri opinio. Velim tamen huiusmodi Fuchsijs sententiam probare. Verum cum Scenite etiam Straboni populi sint à Partorum collegio Arle, & Martyana montes incolentes, distentque ab India sinibus milliariis pluraquam mille & quingentis, necio profectò, quomodo Indicum rheum à Scenitis Partorum populis Scenicum dici possit, quo fit, ut etiam Fuchsijs opinionem longius sustinere nequeam. Ad hæc de Barbarici nomenclatura variis admodum est recentiorum medicorum sententia. Quandoquidem sunt qui velint sic dictum à Barbaria Aprice provincia, sic vulgariter appellata, ubi olim Carthago clarissima habuit sedem. Horum opinionem sequitur Fuchsius, quod scripsit libro primo de compositione medicamentorum, id verum fuisse Rhubarbaricum, quod superioribus annis secum adduxere milites, qui cum Carolo Imperatore Tinetum expugnauerunt. Alij Barbaricum uocari credunt, quod à Barbari Insularia Erythraei pelagi insula, sic appellatum existimant, quod India naues, ac liburnice aromata deferentes magnum sine mercis, ibi iam pridem haberint emporium, à quo per Arabicum sinem, traiecit prius angusto mari de Mecha, aromatum omne genus in Aegyptum per alias deferrebatur nationes. Sed aliter se habet opinio nostra: quippe quod semper existimauerim Rhubarbarum ex Troglodytica Aethiopia regione ad nos deferri, & ibi etiam oriri, quod ea regio Barbarica antiquis fuerit appellata. Si quidem inuenio Galenum scripsisse tum lib. 6. de simplicium medicamentorum facultat. tum lib. 4. cap. 6. de tuenda sanitate, gingiber ex Barbaria ad nos conueni: quod tamen Dioscorides superiore libro, & Plinius lib. 12. cap. 7. à Troglodytis deferri, & in eorum regione nasci tradunt. Quinetiam reperio, glandem roguentariam, quam Galenus ex Barbaria regione adferri scribit, Dioscoridem libro sequenti in Aethiopia, ubi est Troglodytica regio, & Plinius libro 12. cap. 21. Troglodytis nasci posteritatis memoria prodidisse. Ex quibus sanè liquido constare puto, Troglodyticam regionem, & Barbaricam antiquis vnam & eandem fuisse. Huc præterea accedit alia Pliny auctoritas, qui libro iam bis citato, cap. 19. ubi varietatis cinnamomi causam reddit, id accidisse scribit, incensis sylvis Barbarorum tra. Nam cum ipso imbi teste, oriatur cinnamomum in Aethiopia Troglodytis conuio permixta, non alius vique gentes Barbaras appellasse credimus, quam Troglodytas. Quamobrem & myrrham Troglodyticam appellatum Barbarum cap. 16. eiusdem voluminis. Nec ab re quidem Galeno, & Plinio Troglodytae Barbari speciatim dicuntur, cum scripsit Pomonius Mela grauissimus auctor libro primo de situ orbis, eos magis fridere, quem locis, specus tantum subire, & alijs serpentinis caribus. Quæ sanè omnia ita in mea me firman opinionem, ut certò credam, Rheum illud verè esse Barbaricum, quod ex Troglodytica afferatur regione. Sententiam nostram magis adhuc confirmare videtur Strabo, quod lib. 15. sua Geographica aperte testetur, eo omnia in aromatum, & plantarum genere oriri in Arabia, & Aethiopia, quæ in India australi proueniunt, quod hæc regiones, sole persimiles sint. Non placet igitur, ut dicam liberè quod sentio, Fuchsijs opinio ob prædictas tres rationes, tum auctoritates, tum etiam quoniam quod nullum vquam legitum ex ea Aprice parte, quæ vulgò dicitur Barbaria, Rha aliquod afferri, quod ibi prouenerit. Quin nec aliorum sententias comprobauerim, quoniam nec illud, quod à Barbari India cœtuat, nec illud, quod à Barbaria Erythraei pelagi insula aduehitur, rectè Barbarum dici potest, cum ex India vtrunque petatur, & quod nullus extet auctor, qui à Barbari cœtuat Rhubarbarum scribas suam dixisse originem. Quare illud legitimum esse Rhubarbarum me denum firma sententia est, quod ex Troglodytica Aethiopia regione fuerit aduectum. Quod facile forsasse Veneri, qui quoniam in Alexandria nauigant, seligere possent ab Indico: quod certò sciam, multa aromatum genera præter Indicæ eo ex Aethiopia, ex ferè Arabia per

caromanas (ut vocant) comportari. Porro non solum in prescriptis locis Rhabbarbarum provenit, sed etiam copiosissimum habetur in locis quibusdam, magno Regi Chan, Cataij Domino, subiectis. Regionis (ut illi vocant) Succur, si Persis regio minoribus, qui illic vadunt, est adhibenda fides. Dicunt enim provinciam hanc adco Rhabbarbaro abundare, ut inde per viciorum deferatur orbem. Optimum nasci autem non longe ab hisce Regionis Metropoli, que Succur, quoniam medium plaga tota appellatur, quibusdam in montibus, ipsiq; eminentibus ac saxosis, ubi plurimi scaturunt fontes, & sylvas habetur diversarum arborum generibus referte. Terram autem ibi esse rubram, lutosamq; tum propter pluvias multas, tum etiam propter fontium rivulos, qui locum irrigant, & madefaciunt. In his itaq; montibus Rhabbarbari provenit (ut illi narrant) caule ab radice haud spithama longiore, e quo folia copiosa proveniunt, binum doctantium longitudine, ex angusta origine in latum de finientia, & deorsum spectantia, ut ex appicta hic imagine appareat. Serrata illi folia non sunt, sed lanugine quadam pilosa circumspatu obducta. Hæc diu adolescunt, viridia sunt, atqui consenscentia lutea fiunt, & in humum concidunt, e medio foliorum sicutu canaliculus sine germine ex crassiori caule prodit, in cuius summitate flores exeunt, purpurei visus haud valde distincti, colore caruleo subalbicante, odore acuto simul & gravi, adeo, ut olfactu displiceat. Radices dipalmæ longitudinem superant, & ceteris etiam ex vivo nigricant, verum non omnibus equalis habetur crassitudo. Nam alie crassiores, alie tenuiores, ut in colore exterioris plantis plerumque fit. Veruntamen, quæ ad summam crassitudinem adoleverunt, humani cruris molem æquæ vel solent, fibris vbiq; radix referta est, quibus in humum defixis, alimentum capessit. Interna pulpa avreo colore nitet, rubens, quampulcherrime intercrassitantis venis. Succumadest copiosum tum croceo, tum purpureo, qui suo lentore facillè mæsum implicat, & colore inficit, cum radices reperiuntur, & secantur in partes. Nam succum fuerint effusus, rizerotom eas repurgant, & secant. Ceterum haud statim a sectione traieciatis filo suspendunt, ne siculus guttatim stillas deperdat. Quæ re seriatim particulas super asperibus collocant, vertuntque, ac inuertunt, quotidie pluries. Hoc enim modo in crassatus succus non deperditur, sed in sua servatur radice. Quatriusdo deinde transecto, particulas finiculis traiciunt, & suspendunt in umbra, locis apertis, quo tamen solis radij accedere nequeant. Siccantur enim hoc modo ventorum flatibus, in libero aere, duorum mensium spatio, & deinde negotiatoribus venduntur. Effoduntur radices incante vere, in ipsa prima foliorum germinatione. Ita autem Aestate radices erute fuerint, foliosa existente planta, tanquam evanide croceo illo succo carent, quo fit ut viribus infirmiores habeantur. Recentes videntur vili admodum pretio. Siquidem plenus currus tribus, aut quatuor argenti drachmis emitur. Quamobrem, nisi plurimi accederent negotiatores, qui Rhabbarbarum peterent, illud haud inquam Incolæ effoderent in proprium medicamentorum usum. Sunt qui putent nusquam, præterquam in hac regione, nasci Rhabbarbarum, quod Indi, & qui Chinam inhabitant Regimen, eod illud emptum accedant. Sed an id verum sit, cur comprobem non habeo, præsertim cum Rhabbarbarum, quod Alexandriam Aegypti comportant, non solum ex India, sed ex Aethiopia, & aliâ fortasse Africa plaga deferatur. Ceterum vis in locis, qui circa Cataitium sunt, haud inquam Rhabbarbarum in medicamentis utuntur, sed tantum ad sua sustinenda Idola, suis thymiamatis admiscunt. Recens adeo amarum esse aiunt, ut vis deglari possit. Ceterum, antequam de Rhabbarbari viribus agamus, illud in primis ignorandum non est, quod falsa, ac vana sit vulgare, & aliorum quorundamlibet opinio, qui sibi firmiter persuadent, Rhabbarbarum violentum admodum esse medicamentum, & quod propterea a medicis non exhibeatur, nisi in deploratis ferè morborum affectibus. Siquidem (ut inferius clarissimè patebit) illud haud dubie tunc, & peris, & intero generitibus mulieribus omni tempore, & ætate exhiberi potest. Atqui in eiusmodi hominum mentibus inualuit hac inanis opinio: quoniam elapsis temporibus tanta Barbaricæ huius radiciis extitit penuria (æquali enim cum auro pendere vendebatur) ut ad pretij magnitudinem evitandam, eam tunc non dedissent medici, nisi vbi morbos vel mortis periculo, vel diuturnis languoribus non vacare, certis signis conciescent. Quo factum fuit, ut passim hac reprobanda opinione dicerentur homines ad credendum, quod in morbis curandis valentissimum, tunc violentissimum omnium medicamentorum esset Rhabbarbarum. Huius vires cæteris diligentius, latiusq; descriptis Mesise, sic inueniunt. Rhabbarbarum innocens, clemens, & excellens est medicamentum, multas dotes medicamento purgante maxime expertitas complexum. Præcillit in omni genere Indicum, quod recens sit, colore subnigro resuscenscente, ponderosum, quantumvis sua substantia varum, & quod cum frangitur, rufum, & glauco colore alternatè spectatur: item quod mansum croceo inficit colore. Adulteratur autem, quod omnino te animadvertere cautius oportet, hoc modo. Accipiunt impostores Rhabbarbari multum, totumque aqua macerant quinque diebus, exemptum deinde siccant, subtraçtaque vi, & quasi anima vendunt. Aquam vero, qua maduit, igne, vel sole similitè siccant, & in passillos conformant ad regales usus. Frans cognoscitur, quod syncerum non vehementer adstringat, substantia rarij sit, & colore croceo inficiat. Adulteratum verò contrà se habet. Nam coloris interius varietatem amittit, & subnigricat. Calefacit, ac siccac secundo ordine, etsi nonnulli primo tantum dicant. Constat tum aqueis, tum terreis qualitatibus, quæ adstringentem ei facultatem tribuunt, & eius substantiam conservant. Est & aeris varietatem substantiæ conferentibus particeps. Nec igneis quidem expertus est, a quibus amaritudinem, concurrentibus etiam terreis qualitatibus, acquirat. Ac ipsa terrestris qualitas in imo delitescit: ignea verò in sublime fertur, quo fit, ut eius diuidantur qualitates cum aqua, aut rino perfundatur. Operatur autem in obstructionum affectibus igneis tantum facultatibus: terreis verò, vbi adstrictione sit opus. Omni penitus noxa vacat, daturq; omni tempore, & ætate, adeo ut peris etate tenellis, & prægnantibus facillè exhiberi possit. Anger Rhabbarbari vires caprinum serum, vel si maceretur intubi, vel apij, aut plantaginis decocto. Nulli memoria excidat, quin semper Indicæ nardi tantillum ipsi commisceatur, cum maxime prope confertur. Adendum etiam semper erit vini odori medicum, præsertimq; vbi ad obstructiones referendas paratur illud præterea memoria retinendum est, quod scilicet in adulterato nulla deficietoria reperitur facultas. Synceri macerati expressera probè conuenit, vbi tantum abstinesse, deiectione, ac in factus liberatione sit opus. Quod si post hæc functiones, usæra adstrictione roborante egerint, sicutum quidem in pulverem contritum exhibendum fuerit. At illud, quod igne torreficit, vehementer conteri potest. Rarum verò, ac læxum minime, quoniam ex vehementi, ac longiori contritione facillè enascescit, ac deprimunt ipsam. Eiq; propria facultas inest cum abstergenâ, tum etiam roborandâ tam ventriculæ, quam iecur, & eorum compunctiones amouendi. Clarificat Rhabbarbarum sanguinem, obstructiones aperit, ac omnes pariter affectus sanat, quos generant obstructiones: nempe aquam intercutem, regium morbum, lienis crassitiam, ac diuturnas febres. Sanguinem reuocantibus, ac eius a qualibet parte manationibus qualitate, ac facultate substantia profecti. Datur etiam ab alto deuolutis, ruptis, & tam internè, quam externè fractis maximo inuamento, præsertimque si uno austero drachma ponderè commisceatur, addito synceræ mumiæ momento, ac etiam erythrodami radiciis tantundem. Singulitibus opitulatur, & ceterisq; colidib, præsertim quod igne sit torrefactum, addito tamen adstringente rino, & plantaginis succo. Vindicatur a carie, & teredine annis tribus, vel quatuor, & erum si cera oblinatur, vel in melle reponatur, vel p'ijllij sermice, vel

Opinio falsa.

Rhabbarbari vires ex Mesie.

10

20

30

40

50

60

vel nillo sepeliatur, diutius integrum, & syncerum seruari poterit. Est & aliud Rhabarbarum, immò potius pseudo Rhabarbarum, quod quidam Monachorum Rhabarbarum vocant. Verum huic genuini Rhabarbari vires non sunt. Est enim (ut mea fert opinio) genuinum Dioscoridis Hippolapathum, ut superius suo loco latius explicauimus. Non desunt tamen qui huius decoctum, aut dilutum ad exoluendam aluum propinent, sed quo id fiat successu ipsi dicant. Præstat tamen radix contra itra ex vino albo meraco pota ad expediendos obstrictos venes, & ad calculum pellendum: quin etiam diebus quadraginta pota contra canis rabidi morsum ac etiam simul vulnere illita. Radix, quæ præ, & præ, Græcis, Raponticum Latinis appellatur; Arabibus, Raved, seu Rawend; Italis, Rhabontico.

FERTILIS.

GENTIANA.

CAP: III.

30 GENTIANA: inuentio prima assignatur Genti Illyriorum regi, a quo cognomen tum habuit. Folijs partim proximè radicem, iuglandi, plantagineve similibus, subrubris; partim a medio caule, & præsertim iuxta cacumen, paulum dissectis, caule cauo, & læui, digiti crassitudine, geniculato, & ex interuallis maioribus foliato, binum cubitorum altitudine. femine in calycibus lato, leui, glumoso, factis ad sphondilij semen accedente. radice longæ aristolochiæ, longa, crassa, amara. Nascitur in sublimibus montium iugis, vmbrosis locis, aquosisque. Vis radices excafactoria, & adstringens: contra

GENTIANA MAIOR,



morius



morsus serpentium, duabus drachmis, cum pipere, ruta, & uino pota auxiliatur. Extracti succi drachma, largum doloribus, & ex sublimi deturbatis, ruptis, & conuulsis, prodest: hepaticis, & stomachicis, pota cum aqua subuenit. Radix collyrii modo subdita, partus eijcit: imposita, ut lycium, uulneraria est, & ulcerum cunicularum depascensium medela. Succus præcipue eodem effectu prodest: oculis in inflammatione laborantibus illinitur: pro meconio collyrijs acribus immiscetur. Radix vitiliginem absterget. Succus extrahendi ratio hæc est. Contusa radix quinque diebus aqua maceratur: postea in eadem tantisper decoquitur, dum extent radices: & ubi refriguit aqua, lineo excolatur: mox discoquitur, dum mellis crassitudo nat, sicilique reconditur.


Gentiana eo  
sive rario.

Gentiana planta est vulgaris notitia. Frequentissima excelsis Tridentinis montibus prouenit, præsertimque in Ananys, in quorum cacuminibus sæpius eius effodit radices brachiali crassitudine, & bicubitali longitudine. Hanc a Gentia illyriorum rege iuuentam, unde illi nomen, non modò Dioscorides; sed aliorum etiam veterum monumenta testantur.

Gentiana uires  
res.

Plinio libro 25. cap. 7. ea est omnium præstantissima, quæ in Illyrico nascitur, ubi fortasse primum inuenta est. Gentiana uires paucis admodum perfrinxit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit. Herbe Gentiana radix val-

### GENTIANA MINOR.



de efficax

De effice est, ubi extenuatione, purgatione, absterfione, obftructionis liberatione opus fit. Næmirum, si hæc possit, cum impensè sit amara. Hæc (ut Aniceina ait) exaltat ordine tertio, siccatur; secundo. Primum, & mensis ciet, & aduersus scorpionum ictus ceteris antidotis præstat. Eius aqua, præsertim que vase duplici habet uapore vitreæ organæ elictæ, febres (ut ego sepius expertus sum) ab infarctu tum viscerum, tum vasorum excitatas mirificè pellit. Antineas necat, maculasq; in facie qualescumque detergit, si ea frequentius macule abluantur. Est præterea quædam vulgaris etia plantæ, cuius quibus Cruciatæ dicuntur, que non paruum cum Gentiana cognationem habere uidetur: quandoquidem & nitris, & factitatibus illi plurimum respondeat. Unde eos, non longè aberrare crediderim, qui hanc Gentianam minorem appellauerunt. Hæc in incultis præcipue locis nascitur, caule rotundo, aor. nati, ac etiam maiore, in cacumine rufescente, paribus serè interuallis ab imo ad summum, geniculis intersecto: & quorum singulis alis bina prodeunt folia subpinnata, longa, vulgaris dicte Saponariæ, aculeis, & Gentianæ foliis in summitate crumpeantibus similia. Flores, qui purpureo colore nitent, in summo circum caulem in orbem exeunt. Radix illi alba, longa, am. rissimo gustu locis pluribus ab utroque latere crucis instar perforata: unde illi Cruciatæ nomen indiderunt. Sunt etia in hoc genere due alie plantæ: sed minor radicibus numero sis, tenuibus, albicantibus caulibus lentis, humi pieruque ac ubantibus, floribus ex caruleo purpureo ascendentibus, cruciatæ maioribus & prædictæ radices recentioribus magnis laudibus esse ratur conti a pestilentiam, & venenosorum animalium ictus. Cæterum ego quidem illud experientia compertum habeo, quò radice tusa, & ventri emplastri modo imposita, uerne, qui in intestinis fuerint, procul dubio necantur: & ulcerata strumæ sanantur, si his eodem modo conuulsa, que uiper effusa sit,

Cruciatæ consideratio.

Cruciatæ uires.

GENTIANA MINIMA.



vel stecca, & in puluerem contrita adhibeatur. In summa non desunt, qui asserant, has ea omnia prestare posse, quae *Gentiana*, quod ex praedictis facile probari potest. Ananienſia rura hoc genus vltimum vulgò vocant *Pettimborja*. Ex quo quis conſiciat, si lubet, hanc illis indigenis, corrupta Italica voce Metſi in *borja*, ideo *Pettimborja* nominari, quòd tot viribus commendetur, vt perinde ac *gemma*, crumenis asseruari mereatur: aut quòd tantum viribus excellat, vt medici ea videntes ingentem argenti, & auri copiam crumenis sint reposituri. Turres<sup>a</sup> planta sic Graecis, *Gentiana* similiter Latinis vocatur: Mauritanis, *Gentiana*, *Gentiana basilica*, seu *Basateca*: Italis, *Gentiana*: Germanis, *Entzian*, vurtz, sine Creutz: iurtz, Hispanis, *Gentiana*: Gallis, *Gentianne*: Boemis borec: Polonis *Gonyczka*.

Nomen.

A. p. 100. 101.

## ARISTOLOCHIA.

## CAP. IIII.

**A**ristolochia nomen ex eo sibi adoptauit, quòd existimetur optimè puerperis opitulari. Tria eius Agènera traduntur. Rotunda, quae femina vocatur, folijs hederaceis, praestanti odore cum acrimonia, mollibus, subrotundis, multis ab vna radice germinibus, praelongisque palmitibus: floribus candidis, pilci similitudine, in quibus quod rubrum est, grauitè olet. Longa macula appellatur, non nullis dactylitis: longiore quàm rotunda folio: tenuibus ramulis, dodrantalibus: flore purpureo, gra-

## ARISTOLOCHIA ROTUNDA.




riter olente, qui marcescens in pyri similitudinem turbinatur. Radix rotunda in orbem conglobata, rari modo: longa uero digiti crassitudinem, & dodrantis longitudinem implet. nonnunquam paulo maiorem. Ambæ colore intus buxco, gustu amaro, & graui. Est etiamnũ tertia longa, que clematidis uocatur, ramulos habens tenues, refertos folijs subrotundis, minori semperuiuo similibus: flores rutæ: radices longiores, tenues, crasso cortice, odoratoque uehitas, priuarum unguentorum spissamentis conuenient. Rotunda ceteris uenenis resistit. Longa uerò aduersus anguis, & uenena, drachmæ pondere ex uino bibitur, & illinitur. Pota cum pipere, & myrrha menses, partus, & omnia uuluarum onera eijcit: eadem efficit subdita in pefso. Rotunda ad eadem pollet: insuper singultibus, suspirijs, horribitis, lieni, conuulsis, laterum doloribus, pota cum aqua, singulariter auxiliatur. A culeo, & spicula extrahit: ossium squamas illitu adimit: ulcera putrida exciit, & sordida expurgat: caua cum iri, & melle explet: gingiuas, & dentes exergit. Clematidis ad eadem pollere creditur: uiribus tamen inferior est.

a Car. & Meli  
dusstep  
dè r. r. r. r.  
r. r. r. r.  
autem plerum  
que Luxco in  
rus sine celo  
re.  
l. C. l. l. l.  
m. r. r. r. r.  
Aristolochia  
conid.

10

**A**ristolochie, quam officina Aristoloziam uocant, tria statuuntur genera, nempe rotunda, longa, & clematidis. Hæc rara admodum, & paucis nota: illæ uerò omnibus ferè rei herbarie studiosis notissime. Quæ rotunda uoca-

ARISTOLOCHIA LONGA.



tur, et si non ubique in Italia proveniat; in agro tamen Corinthensi plurima, pulcherrimaeque nascitur, praestant odore. Vtraque flores edit in toto ferè caule, oblongos, & ex parvo capitulo in auricula modum desinentes, sublateo colore, & interius quadrantes ex atro purpureascentes, et quibus oriuntur fructus: qui in longa pyrri imaginem referunt, sicutque inglandios longè maiores: in rotunda verò rotundiores, pauloque minores spectantur. Qua in re non potui non maxime Plinium admirari, quòd lib. 25. cap. 8. vtraque ferè baculas parvas veluti capparès traherent, nisi quis illud dixerit, quòd Plinio contigerit, Aristolochias vtriusque fructus vidisse, prorsquam ad summum adoleverint. Sed certè est eodem in loco excelsari, nec eo iudicio, non potest, quin manifestè hallucinatus, & Graeci sermonis non acmodum peritus deprehendatur, cum Aristolochia nomen dedisse grandias tradat. Quandoquidem non ab vtero gerentibus mulieribus, sed à puerperis Aristolochia (vt Dioscorides scribit) id nominis sibi comparavit. Cuius rei non modo indicium praebet nomen ipsum *επιρροια*, quòd nil aliud denotat, quam optima puerperis, non (vt Plinius inquit) gravidis: sed etiam ipsius faeculas, quae ad remanens à parvo secundas, mensesque quiesdas magnope commendatur. Quapropter fuerit hoc praegnantibus procul dubio exitiale potius, quam salubre medicamentum, cum ea sanè omnia, quae secundas, & menses educant, fatum etiam trahant, & quandoque interficiant, praesertim cum fuerint amara Aristolochiae modo. Nec minus praeterea Leoniceum virum alioqui nostrae aetatis doctissimum, satis admirari possem, quòd dum nimio fortasse aliorum errata corrigendi studio, vel auditate ductus, de cyclamino, & Aristolochis Plinium accusat, in eandem, in qua Plinius, foueam incidit, affluens cum Plinio Aristolochiam à praegnantibus sibi nomen adinuenisse. Quòd ne sine auctore pronuntiasse videretur, Dioscoridem quidem adducit, sed eius historiam, quantum equidem sentio, corruptam, ac pervertit. Sunt et recentioribus Cordus, Adamus Lonicerus, & monachi illi, qui in Mesieum commentaria edidere, qui sibi certò persuadent, eam esse Dioscoridi Aristolochiam clematitum, quae officinis omnibus passim longa cognominatur: argumento quòd haec radices profect admodum longas, & sarmentorum modo praeteneas. Quoniam vt sciam tunc, ac magis roborent sententiam, hoc in loco Dioscoridis codicem omnino depravatam esse contendunt: & vbi vulgata lectio habet, *καρια ἐπερροια* λέπὰ εὐδίου ὑπερροιας, ἀεὶ αὐτὸν μικροὶ ἰσχυροί, hoc est ad verbum, amulos habens tenues, folijs subrotatis, semperuivum parvo similibus, non *καρια μικροὶ ἰσχυροί*, hoc est ad verbum, folijs tenuibus, longis, legendum esse censent. Horum sanè sententiam nonquam probavi, & potius, neque probandam arbitror, pluribus cum rationibus, tum auctoritatibus adductis. quandoquidem Orvazis lectio aliter non habet, quam communis haec Dioscoridis, nec aliter legunt Serapio, & Aetiana. Id quod manifestè ostendit, hoc in loco Dioscoridi nullam subesse mentam. Adde, quòd cum vnum tantum Dioscoridi sit *αζαρον*, nec minoris *αζαρι* vsquam, quod legatur, meminerit, absurdum sanè videretur, quòd minori *αζαρο* Aristolochiam clematitum comparasset. Accedit & alia ratio, quòd cum vulgata Aristolochia longa vnae flores non edat, & folia *αζαρι* longè maiora clematitum esse non potest. Praeterea vt Dioscoridis lectioem accuratè perpendamus, nil aliud esse videtur longa officinarum, quam longa Dioscoridis; aut fortassis eius species, cuius nulla, quod extat, ab antiquis facta sit mentio. Quippe quòd praeferat haec folia longiora, latioraque, quam rotunda: ramulos dodrantales: florem grauior olentem, qui fructum edat pyrri modo turbinatum. Nam quòd fructum ferat clematitum, non scribit Dioscorides: nec folia longa, lataque, vt vulgari habet Aristolochia, sed subrotunda, & minoris semperuivum similia. Ad si contra dixerit quisquam, longam vulgarem Dioscoridis longam non esse, quoniam fios illi purpureus non sit, sed melius, & radix non palmariis, nec digitis crassitudine, sed longior acmodum, & longè tenuior. Huic facile responderi poterit, id locorum regionumque; varietate euenire posse, & quòd natura cum florum coloribus in quàm plurimis ludat: quòdque vidimus etiam nos Aristolochiae plantam à Calabria allatam, radicem vt in theriacis scribit Nicander) cubitali longitudine, pollicari crassitudine: cui folia erant, quae à nosrate longa nullo discrimine differabant. Ad haec Clematidis radix Dioscoridi, & Plinio crasso contigitur cortice: quòd tamen in longa officinarum, nostratèque non visitur, cum tenui cortice perpetuò restitatur, odore potius graui, quam odorato. Quenobrem inclinare nunquam potuit animus, vt crederem, Aristolochiam longam, cuius hic effigiem appinximus, esse clematitum: Sed potius eo deductus sum, ut suspicarer hanc fortasse esse Pistolochiam sic Plinio vocatam, quòd & ipsa vuperis commendatur. Nam praeterea quòd haec illi quarto Aristolochiae generi assignetur, tenuior est, quam clematidis densis radicis capillamentis, iuncti plenioris crassitudine. Illud nihil suspitionem auxit, quòd viderem etiam praeter hanc aliam, quae radice palmari, & crassitudine digitali constabat: sed in omnibus alijs partibus alteri aedò persimilis, vt nullam inter eas intercedere differentiam conpererim. Sunt praeterea recentiorum quidam rei herbaris & studio, & periti, quibus persuasum est, non tamen sine aliqua ratione, quòd Aristolochia longa praeter clematitum duo habeantur genera: quarum altera sit radice (vt Dioscorides inquit) digiti crassitudine, & dodrantis longitudine: altera verò tenius ac longiore, quae (ut aiunt) ab Andromacho, & Galieno lib. 1. de antidotis *επιρροια*, hoc est Aristolochia tenuis appellatur. quoniam & hanc affirmant eam longam esse, cuius hic imaginem exhibuimus, cuiusque passim est vsus. Quae sit, vt pòe certo existimeat hanc esse eam Aristolochiam, quae in Andromachi theriacam addi debeat, Andromachi minoris, & Democriti testimonio innixi, quòd vbi in theriacis compositione huiusce tenuis tantum meminimus, id quod (vt dicunt) praeser ferre videtur, alterum etiam nomen ipsius Aristolochiae longae genus esse praeter clematitum, radice confians tenuiore ac longiore. Hoc autem comprobatum fuisse putant a Galeno lib. aure citato, vbi docens quomodo uomilla, quae ab Andromacho seniori obscurè tradita sunt, explicari debeant, ita scribit. Si quid alicui alicui superest, quòd minus dilucide sit ab Andromacho seniori elegiacis versus dictum, planum fiet theriacam legitibus ab eius folio soluta oratione descriptam. Quod enim ille Ceteropium mel obscurius appellat, id Atticum aperit nominat. Centaurium ille nulla adhibita distinctione in carmine pronuntiat, hic verò in prosa tenue apperit, quòd aliud quoque centaurium extet crassum appellatum. Idem & in Aristolochia fecit, cum praeter tenuem Aristolochiam, alia quoque compositione huiusce tenuis tantum meminimus, radice confians, & rursus tertia, quae rotundam, haecenus Galenus. Quibus nimirum verbis illi credunt suam satis firmasse sententiam. Sed ego quidem alter sentio, ut qui putem, Aristolochiam tenuem non aliud Andromacho & Galeno fuisse, quam clematitum cognominatam. Etenim vt omittam, quòd Dioscorides, & Galenus non plura, quantum iuuenimus, quam tria Aristolochiae genera commemorant, nempe rotundam, longam, & clematitum; clematitum priuatim à Dioscoride Aristolochiae subscrubitur, & quodammodo eius species constituitur, ramulis tenuibus, radicibus etiam tenuibus ac longioribus. Vt hinc facile nobis liceat coniecere, Andromachum, & Galenum non aliud supra dicto loco per tenuem Aristolochiam intellexisse, quam clematitum. Adde quòd si ad omnium qualitates, & facultates spectes, sanè clematidis dignior tenuitatis, vitis nouella, cui sit praecipua vis, quae clematidis vocatur, ab alijs Cretica. Et paulo post idem air. odor omnium medicum, sed oblonga radice tenuiorique gratior. haec ille. Quibus vtrique adimplurari videtur etiam Galenus lib. 6. sin plinicum medicamentorum, vbi de Aristolochiarum viribus disseruit, vt infra patebit in earum commentatione.

Plinius, & Leoniceus lapsus.


Opinio quorundam improbat.

Pistolochia.

Alia opinio.



## DVLCIS RADIX, SIVE GLYCYRRHIZA.



sit Ioannes Hefsus, Medicus Norimbergensis, vir quidem rei plantarie haud imperitus. Nam antea nusquam à me visa est. Sed non possum non valde admirari Plinium, quod Glycyrrhizam inter aculeatas numeraverit plantas libro 22. cap. 9. sic in-  
 quiens. Glycyrrhiza sine dubio inter aculeatas est, folijs echinatis, pinguibus, tactuque gummosis. Et libro. 22. cap.  
 2. i. dum cata ogo quodam aculeatas commemorat stirpes: Spinosarum inquit, multa species. In totum spinosa est asparagus,  
 scorpio, nullum enim folium habet. Quaedam spinosa foliata, ut carduus, eryngion, glycyrrhiza, & urtica. His enim omnibus  
 folijs inest aculeata mordacitas. haec ille. Quo fit, ut sine controversia dici possit, Plinium Glycyrrhizam minime novisse, 60  
 eam certe nusquam gentium, quod equidem sciam, aculeatis folijs proveniat, sed (ut Dioscorides scribit) lentifici amulis, den-  
 sis, pinguibus, tactuque gummosis. Cuius erroris causa illud facile esse potuit, quod sui potius Graeci codicis fidem secutus  
 fuerit, quam rei veritatem, in quo fortasse facili, lubricoque librariorum non ad advertentium lapsu lxxvii pro lxxviii scriptum  
 legebatur: vel quod Graeca lingua non exactè peritus vocabulorum, vocumque similitudine deceptus (ut alibi quandoque de-  
 possit: à veritate desistere, qui credunt Glycyrrhizam olim spinis fuisse praeditam, sed mangonio longi cultus edomito rigo-  
 re spinarum aculeos amississe, & tandem mitigatam esse: cum ea etiam, que hoc acro sponte per se nascitur, nullibi acu-  
 leata spectetur. Dulcis haec radix à Theophrasto libro 11. cap. 13. Scythica appellatur, eo quod Scythiae haec conventi abf-  
 que alio alimentorum praesidio decem, quoddecim; dies degant. Nam (ut idem testatur) circa Mesorum paludem praesuma-  
 nascitur.

nascitur. *Astergi, mundat, leuigar, mulcetque dulcis radix humorum acrimoniam. Quare ardentibus urinae misce aux-*  
*liatur. Mensa radix, & praesertim quae recenter fuerit effossa, non solum sitim, sed etiam famem sedat, seruatque vi-*  
*res diebus pluribus. Idem facit concretus succus, in ore retentus, quosque eliquescat. Pectus & pulmones iuuat. Ideoque*  
*datur vtiliter suffragiosis, phthisicis, & pleuriticis. Glycyrrhizae meminit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic in-*  
*quiens. Huius fruticis radicem succus in primis vitis est, similiter ut eius radices dulcis, cum leui quadam adstrictione.*  
*Pronae alperitates lenire potest, nec modo in arteria; verum etiam vesica scabra, idque temperaturae mediocritate. Quocir-*  
*ca fuerit sanè natura eius familiaris nostrae temperaturae: nam tale monstratum est esse id quod dulce est. Sed cum adstrictio*  
*quaedam adiuncta sit, minus sum eius temperamentum, quantum ex caliditate, & adstrictione est, tepidæ potissimum cali-*  
*ditatis fuerit, quam proximè accedens ad symmetricum, siue temperatum. Perro quoniam temperie quoque humidum est,*  
*quod modicè dulce est, iure sanè etiam sitim extinguens medicamentum est nimirum modicè humidum simul & humana na-*  
*tura frigidius. Refert Dioscorides, radicem siccam ad Leuorem redactam, pterygiorum illitu idoneum esse remedium.*

Glycyrrhizae  
vires ex Gal.

10 *Πλυκισσός* sic Refert Dioscorides, radicem siccam ad Leuorem redactam, pterygiorum illitu idoneum esse remedium.  
*Πλυκισσός* sic Refert Dioscorides, radicem siccam ad Leuorem redactam, pterygiorum illitu idoneum esse remedium.  
*Leckrutz siue Snelholtz: Hispanis, Regaliza: Gallis, Redlisse seu Reygalisse: Boemis Lekorice: Polonis Lakrycyca.*

Nomina.

Κενταύριον μέγα.

CENTAVRIVM MAGNVM. CAP. VI.

Centaurium magnum folia habet iuglandis, oblonga, uiridi: brassicarum colore, serrata in ambitu,  
 caulem, ceu rumicis, binum, aut ternum cubitorum, multis ab radice adnatis, in quibus capita

CENTA VRIVM MAGNVM.





que similibus succis: <sup>b</sup> (sic ex acerbis uvis mellico elicitur.) Lycium tamen, & absinthium, hypocistis, & consimilia, decocta, eo quo diximus modo, coguntur.

**C**entaurium minus nullis fere non cognitum, in Hetruria vulgo Biondella nuncupatur: quoniam abstergendis, dealban-  
 disque mulierum capillis ex lixiuo plurimum praesiat. Quod passim in officinis habetur, verum, & legitimum Cen-  
 taurium minus esse, omnibus, ut arduor, exploratus est, quam ut a nobis ostendi debeat. Quippe quod nullis in uniuersum  
 notis Centaurij minoris historia refragetur. Amara admodum est, non radice solum, sed etiam tota sui ipsius planta, adeo ut  
 quidam fel terrae eam appellauerint. Galenus ob ingentes, mirasque eius facultates, de ipsius viribus integrum librum con-  
 scripsit, Papiaeque dicitur. Detrahit hoc bilem, & pituitam, qua sanè facultate Centaurium maius plantae carere deprehendi-  
 tur. Datur eius decoctum utiliter potandum tertianarijs, quod bilem per inferna deiciat, quo factum est, ut quidam hanc fe-  
 brifugam vocauerint. Idem, ac pariter succus, iocinoris, ac lienis obstructiones, & durities tollit. Alii tinea scapit, ex melle  
 drachmas ponderis potus, tum umbilico illitus. Herba comaeque decoctum, Lentiginis, varos, albos, & ceteris cutis infectio-  
 nes exteris, infectis particulis adhibetum. Infiltratur succus vermiculosis auribus, quin etiam illinitur contra papulas, &  
 manantia capitis vlcera. Quo fit, ut non parum aberrauerint inter Mauritanos Mesues, Auicenna, & Serapio, quod Cen-  
 taurij minoris vires cum mauri turpiter confuderint. Galenus praeter ea, quae de Centaurio minori ad Papiam scripsit, eius

Centaurij mi-  
 noris.

Centaurii mi-  
 noris vires ex  
 Galeno.


CENTAVRIUM PARVUM.



quoque memini libro 7. simplicium medicam. sic inquit. Centaurij minor. radix proxis in sicax est. Sed ramuli eius, & potissimum folia, quae illi mlaerent, & flores, utilissima sunt. P'incit in eis. ualitas amara, p'uidetur habens & asirictio- nis, atque ob eiusmodi temperamentum admodum exiccatorum est medica. non, exerts mordacitatis. Porro quod omnia talia utiliter sint, supra commemorati, & nunc in his fecus tamen res repetere. inq' est uita est, omnes eius particulatim actio- nes memorantes. Pulcherrime magna herba ipsius recentis illius glutinosa, & viscosa, quaeque agere ad citricem perducit quaeque ulcera, cicatrice eodem modo uentibus obducuntur. Ar'facta in glutinosis, & desiccatoris misce- tur facultatibus, is uidebitur, quae sinus, & fistulas sanare sunt nate, ueteresque duritias enollire, tum ulcera mali- gna, quae cacocholico nocantur, sanare. Misceatur etiam is, quae rheumaticis affectibus medentur: in quibus ea medicamenta optima sunt, quae uehementer desiccantia, cum quadam asirictione nullam habent mordacitatem. Decoctum herbae quae an- ihebiadici infundunt, seu biliosa, & crassa ducens: na & talia purgat. quanquam cum aceto uehementer operabitur, si cruen- ta euacuet, tunc plus proderit. Succus porro eius, cum asimilis sit facultatis, hoc est, exiccatoris, & absterforis, & caetera iam dicta pulchre efficere potest: & cum melle oculis illinitur, mensaeque, & fatum appositus euocat. Sunt qui ipsum pre- beant, & is, quibus nervi affecti sunt, ut qui euacuet, & desiccat innoxie quae impleta sunt. Quippe cum recentioris quoque ob- strictiones optime expedit, bonumque sit leni indurato remedium, foris impositum, nec secus, si uis libere suslincat.

Κενταύριον μικρόν, sic Graece, Latine uero Centaurium minus dicitur: Arabicè, Chanturion sege, & si q'ir, seu Katarion sages: Italice, Centaurea minore: Germanicè, Tausent gulden kraut, Fieber kraut, Erdgall, seu Biber kraut: Hispanicè, Fel de tier- ra: Gallicè, Centauree, aut Fiel de terre: Boemicè, Zemez luc menssy: Polonicè Centur, a: Ruthenicè, A crycynik.

CHAMAELEON ALBUS.



*Χαμαίλιον αλβόν.*

CHAMAELEON ALBVS. CAP. VIII.

30 Chamæleon albus, iuxta ideo aliquibus uocatur, quòd quibusdam in locis uiscum circa radices eius inueniatur: quo pro mastice utuntur mulieres. Folia habet silybo, aut scolymo similia, asperiora, acutiora, nigroque chamæleone ualidiora. Caulem non promittit, uerum ex medio spinas, echini marini, aut cinaræ modo, erigit. Flores purpureos, ueluti papporum lanugines emittit: semen cnico simile: radicem in latus collibus crassam, in montosis uerò graciliorem, in profundo albam. aliquatenus aromaticam, & aui odore, dulcem. Quæ pota acetabuli mensura, lata interancorum tineas pellit: bibitur autem in uino austero cum origani feruesceti succo. Hycropicis commodissimè drachma in uino datur: renem eos extenuat. Contra difficultatem urinae decoctum propinatur. Haurita in uino, serpentium uenenis resistit: occidit canes, & fues: mures item necat, subacta cum poienta, aut aqua, & oleo madefacta.


*Χαμαίλιον μέλαν.*

CAMAELEON NIGER. CAP. IX.

Chamæleon niger, folijs scolymo similibus esset, nisi minora, tenuioraque, ac rubro distincta uiderentur. Caulem emittit dodrantalem, crassitudine digitali. subrubrum: & in umbella flores spinosissimos.

CAMAELEON NIGER.

3 Orib. de p.  
viii. ad hanc  
uicem n. u.  
v. u. u. u.  
u. u. u. u.  
u. u. u. u.  
u. u. u. u.



l, quem aliqui  
vlephon, siue  
Iaxam, siue cy  
nomachi ap-  
pellant.

b. Orib. addit.  
Dioscor. de si-  
cilia usua.  
Chamaeleon-  
tis venulicis  
consideratio.

Quorundam  
error.

Monachoni  
epi. expositio.

Quorundam  
opinio repro-  
bata.

Arabum tur-  
ficis error.

Chamaeleo-  
num hist. ex  
Theophrasto

fos, tenues, hyacinti amulos, versicolores, radice crassa, nigra, densa, interdū exesa, quæ dissecta siue  
Rafici, & commandacata mordet. Provenit in campellis rubris, siccis, & cliuosis tractibus, & maritimis. Ra-  
ficus trita, addito atramentum futurij, exiguo, cedrino olco, & axungia, scabiem abigit: eadē, cum sibi sul-  
phur, & bitumen afficit, & cocta in aceto illinitur, impetiginis absterget. Decoctum collutione, den-  
tium dolorem mitigat. Cū pari pipere, & cera oblita radix, dolenti denti auxiliatur. Radice concisa, &  
in aceto decocta, dentes fouentur, eos quoque frāgit, si scriptorio stylo feruens admoceatur: vitia  
cutis in facie, vitiliginesque cum sulphure emēdat. erodentibus medicamentum admiscetur: phagedæ-  
na, tetraque ulcera illius sanat. Quare chamaeleon uocetur. a varietate foliorum euenit: mutant enim  
cum terra colorem, hic uiridia, billic albicantia, alicubi cœrulea, nonnunquam rubra inueniuntur.

**C**hamaeleon albus tam ab Hetrusis, quam ceteris ferē Italia in colis vulgō Carolina uocatur. quod credit vulgus (vt faci 10  
lib. solet) herbam hanc magno olim Carolo regi ad fugandam sui exercitus pestem ab angelo demonstratam fuisse, tan-  
quam auidotum omnium pestifragissimum. Quo argumento freti vulgares quam plurimi, ad arcendam pestilentiam hu-  
iusce plantæ radices miris, magnisque laudibus commendant. Nec quidem ab re: quando enim pota radix (vt Dioscorides, &  
Galenus testantur) latas interuenientem tinea interinat, & serpentina uenenis resistit, mirum utique non fuerit, quod  
eadem in pestilentia opem ferre valeat. Falluntur nimirum, qui putant, si serpē illum pernici non ab similem (uolūtū eam Car-  
cio vulgō appellanti) aculeis horrentem, cuius ferre coagulū vice Hetruria vitur, album esse Chamaeleonem. Nam eorum  
error ex eo maxime ciliatur, quod hæc contra Chamaeleontis ab edriptionem, in longo admodum caule echinatos suos pro-  
ferat fructus. Porro Chamaeleonem album nunquam Fuchium (pace viri aliqui eruditissimi dixerim) uisisse existimare  
uia: quod libro suo de plantarum historia primam scribat, nullam huic eedere caulem, & in Italia ferre orbibus, eodem

in loco eundem propro satis caule designat. Quin nec nigrum idem non esse uidetur, cum de picibus ab eo, quem tamen plantē 20  
non probat, nullis notis legitimo, mox quidem iudicio, respondeat. Qua in re hallucinantur monachi uenerendi, qui Messem  
comentati sunt, cum certo sibi persuaduerint, Carlinam (vt eorum vitur iustificatione) caulem proferentem, eiusdem esse spici-  
nam album, quam Græci *ακέρβη* docti dicunt, Mauritani uerò Bodeguar: item Carlinam alteram caule uiridam esse spici-  
nam Arabicam ab Aphris Suchua uocatum. Quippe cum spina alba (vt Dioscorides est auctor) bicubitali sit caule, albice-  
cante, unde fortasse subrubro, non albicante, floribus hyacinthi emulis, nulla ratione dici posse putauerim, Carlinam hanc esse  
spici nam album, sed potius rufam. Cùm nec similitur monachi unquam probare possint, Carlinam alteram caule uiridam esse  
Arabice esse spici nam: quod nunquam Dioscoridem scripsisse inuenierim, spici nam Arabicam caule uacare, sed spici abge  
petius esse persimilem. Ex quo rectē (ut arbor) concludi potest, quod cum spina alba procul dubio caulem edat, eundem quoque

Arabice p. amat. Sunt etiam qui uelut, Carlinam caulem gerentem mihi differre ab altera, quæ caulem non fert, nisi 30  
sexu, nempe quod altera mæ, altera uerò femina fortasse fuerit: negant; omnino hæc plantæ esse Chamaeleontis, illamque  
praesertim nigrum Chamaeleonem esse uolunt, quæ caulem uiridum gerit. Hocq; argumento nituntur, quod scripsit Galenus  
lib. 8. simplicium medicamentorum, Chamaeleontis nigræ radicem lethale quocumque obtinere: eamq; ob causam in extrin-  
secis tantum uenire medicamentis. Sed cum raphani uice a compluribus copiosè cum acetarijs edatur nullo penitus incom-  
modo, nec esse hanc nigrum Chamaeleonem, nec eius speciem probant. Quibus facile responderi potest, quod in Græcia, fer  
tasse in Ponto, alysis; cœterminis regionibus; Chamaeleontis nigræ radix sit uenosa, & in Italia salubris, exuta ob celi hu-  
ius elementia lethali facultate, quemadmodum & Persæ, quæ tamen Persis semper fuerit letalis. Aegyptijs tamen in  
noctua facia est, soli & celi bonitate. Arum præterea Cyrenis adæ mitis est, ut raphi modo in ciborum usum ueniat; cum ta-  
men in Græcia, & Italia adæ acerrimum sit, ut nec coctum, nec crudum edi possit. Quin & scorpiōnes in compluribus ter-  
rarum orbis partibus istos insectum; in aliquibus uerò, ut in Tridentino tractu, nullum ictu uenenum relinquunt: quo etiā 40  
in loco nigrum ueratum nulla aedictoria uis pollet. Id quod in Colchico Ephemerico quoque uidemus, quod eo pro Hermeda-  
Elyoinicoque (quamquam temere) uidentur Medici. Ceterum illud præter dicta nec maxime ad credendum inducitur, Carli-  
nam caulem fundentem esse Chamaeleonem nigrum, quod hæc plura omnibus in unum uersum, totis nigrum Chamaeleonem referat.  
Quandocūque folijs constat scolyum minoribus, tenuioribusq; subrubra per mediū excurrere costa: caule itē doctantali:  
crassitudine æquali, subrubro, floribus in umbella spinosis, versicoloribus: radice crassa, exterius nigra, densa, & aliquod corro-  
sa, quæ fracta intus flauescit, & commandacata mordet, fateor tamen hanc umbellam non ferre, (vt Dioscorides inquit) sed Echini-  
narum capitulum, perinde ac album chamaeleonem. Verum hoc non me omnino a mea immo opinione, quod Dioscoridem uideam  
in quædam locis impropris uti uocabulis. Ad didimus tamen aliam Chamaeleontis Nigræ imaginem, quæ mihi a 50  
Doctissimo Virō Bartholomæo Maranta, Neapoli transmissa est: quæ tamenq; umbellæ Hyacinthinis floribus scatens  
proferat, cùm tamen folijs rubris maculis varia non sint, in caule nulla prosrus rubedo spectetur, mansa Radix acedri-  
nis tantillum haud respicit, ex eo nam sit, non flauescat, nec caules digitali crassitudine uideantur, cur legitimum Chamaeleo-  
nem nigrum hanc plantam esse affirmem non habeo. Sed de his diffusius libro quarto nostrarum Epistolarum differemus,  
ad Marantam referentes. Dixi sententiam meam, quam uis censendam relinquo, qui rei plantarum maiorem, quam ego  
peritiam habent. Ceterum hic non respondebo sycophante cuiusdam calumnij, in Chamaeleonte aduersum me promulgatis,  
cùm libro sexto id mihi faciendum proposuerim, ubi de Ixia inter uenena scribit Dioscorides. Ibi enim huicse sepiōsa, &  
rei plantarum iudendo indagatoris malitiam, & apertam temeritatem uisus aperiam. Explodenda sunt Arabice  
falsionis scriptores, ut qui non sine deestando errore, Grecorum uocabulorum vicinitate decepti, Chamaeleonem quam sua lin-  
gua Mezzerion appellant, cum Chamaeleone confundant. Nam Auicenna de Mezzerio differens libro & tractatu 2. c. 464.  
circa finem, sui in errore prodiit uis uerbis. Mezzerion bibitur cum uino ad morbum uerim uenenosum, & est proprie-  
nigrum, uenenum mortiferum. Et quando miscetur cum saue, & coniungitur cum aqua, & oleo: sicut cum brassica, & canes  
& porca hæc ille. In quibus duplici notatur errore: primo quod Mezzerio eas tribuerit uires, quas alio Chamaeleoni reddi  
dit Dioscorides: deinde quod nigrum, non uiride album ea prestare crediderit contra Dioscoridis sententiam. Meminit  
uirsique Chamaeleontis Theophrastus lib. 9. cap. 13. de plantarum historia, ubi sic habet. Chamaeleonem, uires canicis, al-  
ter niger. Vires autem radicem inter se distant, & ipsæ etiam radices specie differunt. Candicæ enim canida est, &  
dulcis, & crassa, & gaudet oleis. Virilis traditur ad fluxiones, cum confecta cubiculanti modo raphani decoctum est: si iunco  
transfixa in feruere. Virilis & ad interuenientem animalia lata, cùm passa uia comesa acetabuli mensura de uino bibitur auge  
ro. Occidit & canes, & sues: canes in farina bordeacea iuxta cum aqua, & oleo: sicut cum brassica. Et sibi hominem æge  
sententem experiri uoluerit, an uinere ferat, lanaticum ea radice triduo inuicet. Hoc enim si tolerauerit, mortuum nequaquā  
existimant. Nasitur aq̄ne omnibus locis felio, scolyo simili, uerim ampliori, & terra proximo: capite magno, acano si-  
mili: uiride quædam acanum eam uocantur. Niger folio constat ad simili, præterquam quod minor, lentiorque. Tera autem  
heba uirbaculi si eadem repræsentat: radice crassa, & nigra extrinsecus, subiana intusque nititur. Loca gelida: huiusda-  
que